

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG_0094

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Filix florida. Salecong.

Duodecima est rara Filicis species, plerumque simplicem rectumque emittens caulem, binos cum dimidio, & tres pedes altum, cui insidet primo fasciculus seu collectio trium quatuorve longorum foliorum in semi circulo locatorum, quæ vix minimum digitum lata, & digitum longa sunt, dein in binas lacinias distincta, atque harum quævis iterum in binas tresve minores, instar linguarum serpentum. Supra hanc collectionem plura similia locantur folia alternata, sed plerumque simplicia, & eodem modo distincta. Plerumque nil nisi folia in hac conspiciuntur planta, aliquando autem spicam longam seu racemum profert in minores laterales distinctum, ex quibus aliquid ruffi & arenosi dependet, floriferi quasi, quod tamen perit, nil proferens vel relinquens. Radix vilis est, ac fibrosa. Ad Ophioglossi species referri quoque possit, sed sapor nimis Filicinus est.

Nomen. Latine *Filix florida*; Malaice & Amboinice *Salecono*.

Locus. Ad altas crescit ripas fluminis Weytomme in agris sub Carice, ac raro sese conspiciendam præbet.

Ufus. Ejus nullus huc usque innotuit.

Tabula Trigesima quinta

Ad Figuram primam *Filicem* exhibet *floridam*.

Figura secunda *Polypodium* sinit *Indicum minus*, five *glabrum*, cum quo convenit *Filix*, *Polypodium dicta*, minima, *Virginiana*, *platyneuros Plukn. Amag. pag. 153.* & *Pbyt. Tab. 289. fig. 2.* & forte *Polypodium minus*, alterum, *Scolopendria facie Banist. Catal. Mss.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Polypodium Indicum. Simbor.

Decima tertia species *Polypodium Indicum* continet, cujus binas observavi species, majorem seu pilosam, & minorem seu glabram.

Primo. *Polypodium pilosum* seu *majus*, monstruosa species est, repentes gerens radices supra terram, & arborum cortices, quæ plerumque pollicem crassa est, aliquando infantis brachium, externe obducta densis & ruffis villis seu pilis, ita ut melius pellem referat lupi vel vulpis, quam radicem, sique e longinquo ad arborem pendere quis eam videat, pilosum per eam currere animal is putaret, quales sunt Koeskosen, in primaria enim radice hic & illic laterales brevesque conspiciuntur protuberantiæ, quæ animalis pedes præsentant, intus albæ sunt hæ radices, seu ex albo virentes colore, succosæ, fragiles, & sine filis seu fibris, instar caudicis Brassicæ, inferior hujus radice pars obducta est, seu ex ea dependent innumeræ ruffæ & breves fibrillæ, quibus sese figit arborum corticibus, ex quibus etiam haud firmiter, seu laxè dependet.

Ejus folia duplicem habent formam, prima enim nullos alios gerunt caules nisi crassum nervum medium, & oblique seu ad radicis latus locantur, trigona fere & formata instar flabelli inversi, binas transversales palmas lata, & unam erectam alta, inferiore seu latissima parte arcte radici adcumbunt, parum convexa, bina alia latera seu oræ in breves lacinias distinctæ sunt, ac superius cito angustæ & acute terminantur.

Ad quamvis laciniam crassa excurrit costa ex nervo medio, ipsorumque interstitia pertexta sunt incurvis venis, totum vero folium firmiter expansum est instar veli concavi, ac diu radici insidet plena sua forma, licet sic cinereum & exsuccum, vel siccum. Ad hujus partem internam ex ipso radice dorso alius excrescit altior crulis, nigricans, firmus, externe rotundus, interne planus, ad oras angustis alis seu pelliculis obductus & acutus, tres quatuorve pedes altus, peculiare formans folium, a priore diversum.

Inf-

VIER EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De bloeyende Vaare.

DE twaalfde soorte is een zeldzame, en rare *Varen* geslagt, meest met een enkele regte steel opschietende, derdehalve en drie voeten hoog, daar aan staat eerst een vergadering van drie of vier lange bladeren, in een halve Cirkel, kwalijk een pink breed, en een vinger lang, van daar zyn ze in twee snibbelen verdeelt, en yder van de zelve wederom in twee of drie mindere, als slangetongen. Boven deze vergaderinge staan meerder gelyke bladeren boven malkander, met beurten, dog meest enkeld, ook op de zelve manier verdeelt. Men ziet de meesten tyd niets daar aan dan de bladeren, en zomtyds brengt bet een lange aaire of tros voort, in minder takken verdeelt, daar aan men iets ros en zandigs ziet hangen, als of bet een bloeizel was, en zonder iets anders te formeeren vergaat. De wortel is gering, en vazelig. Men zoude bet ook wel onder de soorten van *Opbioglossum* mogen trekken, maar de smaak is te *Varenagtig*.

Naam. In 't Latyn *Filix florida*; in 't Malaits en Amboins *Salecong*.

Plaats. Het waist aan de hooge oevers, langs de rivier Weytomme, op de velden onder 't snygras, en komt zelden voor den dag.

Gebruik. Daar van is nog niets bekend.

De vyf en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de bloeyende *Varen*.

De tweede Figuur verbeeldt het kleine glatte *Indische Polypodium*, waar mede overeenkomt de *Vare*, *Polypodium* genaamt, uit Virginie, die zeer klein is, en plat van zenuwen, van *Plukn. Amag. pag. 153.* en *Pbyt. Tab. 289. fig. 2.* en mogelyk het andere kleine *Polypodium*, in de gedaante van de *Scolopendria* van *Banist. in de Catal. Mss.*

VYF EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Indische Polypodium.

Het dertiende geslagte begrypt het *Indische Polypodium*, waar van ik twee soorten aangemerkt hebbe, groot of bairige, en klein of kale.

I. *Polypodium pilosum*, het groote of bairige, is een monstreus geslagte van *Polypodium*, met kruipende wortelen boven de aarde, en op de schorze der boomen, in 't gemeen een duim dik, zomtyds ook als een kinds-arm, buiten digt bekleed met weeke en roffe vlokken of bairen, zoo dat bet beter een wolfs of vossenbuid gelykt dan een wortel, en als men ze aan de bomen van verre ziet hangen, zoude men meenen, dat 'er een bairig beest, gelyk de Koeskossen zyn, daar aan op liep, want aan de hoofdwortel ziet men hier en daar ter zyden korte uitwassingen, dewelke de poten van een beest verbeelden, binnen zyn ze wit, of uit den witten groenagtig, sappig, brosch, en zonder draden, een koolstronk gelyk, de onderste zyde van deze wortel is behangen met ontelbare roffe, en korte vazelingen, waar mede bet zig begt in de schorzen der boomen, en losselyk daar aan hangt.

Zyne bladeren zyn van tweederlei gedaante, want de eersten hebben geen andere steelen, dan een dikke middelzenuwe, en staan wat schuins, of ter zyden aan de wortel, schier driezydig, en gefatzoeneert als een omgekeerde wayer, twee dwersbanden breed, en een staande band hoog, met de onderste of breedste zyde, zitten ze digt op de wortel, een weinig inwaarts gekromt, de twee andere zyden zyn in korte snibbelen gesneden, en lopen vooren schielyk spits toe.

Na ieder snibbel loopt een dikke ribbe van de middelzenuwe, en hare tusschenplaatzen zyn met veele kromme aderen doorweven, bet geheele blad staat styf gespannen als een bol zeilje, en blyft lange aan de wortel zitten in zyn volle fatzoen, al is 't grauwn en verdroogt. Aan de binnenzyde van dezen, regt uit de rugge van de wortel komt een andere steel, zwartagtig, styf, buiten rond, binnen plat, aan de kanten met smalle vellekens bekleed, drie en vier voeten hoog, makende een byzonder blad, van 't voorige verscbillende.

Want



Inferior enim tertia caulis pars nuda est, atque reliqua perpetuum est folium, sed in multas profundas lacinias distinctum alternatas, uti in cunctis Polypodiis, superior autem folii pars integra est, quævis vero lacinia crassum gerit nervum medium, cum multis intricatis venis, ad oras integra, sed firma & sinuosa, ac porro glabra, excepto in superioribus laciniiis, ubi per oras verrucæ quædam ruffæ adparent, quæ in exteriore parte foveolas formant. Non eandem habet formam vel magnitudinem, quæ enim in crassis crescit arboribus, cortice succoso obductis, priorem plerumque obtinet formam, crassissimas gerens radices, ex quibus multæ excrescunt fibrillæ, quæ vero in nudis proveniunt rupibus, firmiter quidem iis adhæret, sed ejus radices non crassæ sunt, duriores & fibrosæ magis, quam in priore, paucis obductæ fibris, tam firmiter autem iis adhærent, acsi ipsis adglutinatæ essent, foliaque parvas gerunt lacinias, plerumque verrucis obsitas.

Altera seu interna folia cunctarum specierum eam habent proprietatem, quod vetusta decidant, ac nudum relinquunt caulem, qui erigitur instar subulæ, prima vero folia nunquam decidunt, & radicem adeo obtegunt, ut vix dignosci possit, ipforumque concava pars plerumque formicis repleta est.

Quum has radices quis in re Medica adhibere velit, non perinde est, in quam creverint arbore, optimæ censentur, quæ in Mangiis & Canariis crescunt, sed quæ in lactescentibus proveniunt arboribus, suspectæ sunt.

Nomen. Latine *Polypodium Indicum majus*, & *Pilosum*; Malaice & Javanice *Simbar layangan*, item *Daun layang layang*, quum pueri ex inferioribus veliformibus foliis *Layang*, seu draconem formant, quem funiculo adligatum in aërem volitare sinunt; Malaienses quidam id vocant *Tauwas* & *Carang carang*, vulgo autem Malaice dicitur *Accar cussu*, juxta similitudinem animalculi *Koeskoes*, quod cum ejus pilosis comparant radicibus, Amboinice *Attibu selu*, seu Malaice *Terbang faccu*, quum pisces eo capiantur, uti infra latius. In *Leytimora Haburu-yar*, id est *Filix canarina*; Ternatice *Dinga dinga*, & *Cotisso marau*; Macassarice *Barang barang*; Baleyice *Simbar*.

Hanc plantam describit *Carolus Clusius libr. 4. exotic. cap. 17.* sed in figura nil nisi prima exhibentur folia, quæ tantum operculo seu involuero sunt subsequen-
tium longorum, quæ forte in radicibus, quas vidit, desiderabantur. Acredo, quam in radice observavit, per senectutem causata erit, vel forte quod aromatibus fuerit adposita, recens enim in India neque dulcis neque acris est, sed fatua & aquosa cum pauca austeritate, & filicino sapore.

Locus. Hocce *Polypodium* notum est in cunctis aquosæ Indiæ insulis; non modo crescit in arboribus, ac peculiariter in Mangiis & Canariis, & Mangio Caeolari, sed etiam in aliis transplantari potest arboribus, quum radicem ejus cum paucis cæno ipsarum crassioribus adligemus ramis.

In silvis præterea crescit in solo arenoso, ubi ejus crassa admodum radix per terram prorepat multis finibus ad orgiarum quarundam spatium, juxta alias radices instar brachiorum sese extendens, magnum occupans spatium, ita ut difficulter is perambuletur locus ob acutas deciduorum foliorum pinnas, quæ sese erigunt & abruptæ instar tribulorum acutæ sunt, nullibi id vidi elegantius & majus quam in Nussa cassa, quæ plana & arenosa est insula, sed ubi altæ crescunt arbores, quæque sita est ante Caybobbo in Cerama, ubi non modo magna in solo occupabat spatia, sed multis etiam gyris arbores adscendebat instar animalculi *Koeskoes*, villi enim illius cum pilis hujus optime quadrant, ad latera etiam breviter emittit brachia, quæ pedes istius animalculi repræsentant, reperitur porro etiam in magnis scopulis, in litore sitis, sed, uti dictum est, ejus radices multo graciliores, minusque pilosæ sunt. Immo in vetustis id inveni tectis, non modo ex ligaculis formatis, sed etiam in Amboinensium ædibus ex Atap formatis, in talibus angulis, ubi aqua pluvialis stagnat, ac sordes quævis colliguntur.

Ufus. Incolæ morem habent hæc folia, viliformia nempe, ligandi hamo escato, talique modo in mare fluctuare sinunt folium, quod helluosa videns piscis uti Saccu, mox id petit, & cum hamo devorat, unde & supra memoratum accepit nomen Amboinense.

Inco-

Want bet onderste derde deel van den steel is bloot, het resteerende een doorgaand blad, dog in veele diepe snibbelen verdeelt, verwisselt tegens malkander, gelyk aan alle Polypodium, dog het voorste van 't blad is ongedeelt, ieder snibbel heeft een dikke middelzenurwe, met nog veele verwerde aderen, aan de kanten ongezaagt, dog styf, en bogtig staande, voorts glad, bebalven aan de voorste snibbelen, ziet men langs de kanten eenige rosse wratten, dewelke aan de buitenzyde kuiltjes maken. Het heeft niet eenderlei gedaante of grootte, want het geene aan de dikke bomen wast, die een sappige schorze hebben, is meest van de voorige gedaante, met zeer dikke wortelen, en daar aan veel vezelingen, maar 't geene op bloote klippen wast, dat bangt daar wel vast aan, maar de wortelen zyn niet dik, harder, en dradiger dan de vorige, met weinige vezelen behangen, egter zoo vast, als of zy daar aan gelymt waren, en de bladeren hebben kleine snibbelen, en zyn meest met wratten bezet.

De tweede, of binnenbladeren aan alle soorten hebben die eigenschap, dat zy in den ouderdom afvallen, en den blooten steel nalaten, die dan over eind staat als een elze. Maar de eerste bladeren vallen nooit af, en bedekken den wortel zoodanig, dat men ze nauwelyks bekenen kan, hebbende baare bolligheid gemeenelyk vol mieren.

Als men deze wortelen tot Medicynen gebruiken wil, zoo is 't niet even veel, aan wat boom zy wassen, voor de besten agt men, die men op Manges en Canarybomen vindt, maar alle die op Melkbomen wassen, zyn suspect.

Naam. In 't Latyn *Polypodium Indicum majus*, en *Pilosum*; in 't Maleits en Javaans *Simbar layangan*, item *Daun layang layang*, dewyl de jongens van de onderste zeilformige bladeren een *Layang*, dat is een vlieger maken, die ze aan een touwtje gebonden, boog in de lugt laten vliegen, zommige *Malyers* noemen 't ook *Tauwas*, en *Carang carang*. In 't gemeen *Maleits* *Accar cussu*, na de gelykenis van het *Beesje Koeskoes*, 't welk ze met baare ruige wortelen verbeelden. In 't Amboins *Attihu selu*, of in 't *Maleits* *Terbang faccu*, om dat men de vissegeepen daar mede vangt. Op *Leytimor Hahuru-yar*, dat is *Filix canarina*; op *Ternaten Dinga dinga*, en *Cotisso marau*; op *Macassar* *Barang barang*; in 't *Baleits* *Simbar*.

Deze plant beschryft *Carolus Clusius libr. 4. exotic. cap. 17.* dog in de figuur kan men niet zien, dan de eerste bladeren, die maar een dekzel of omwinzel zyn van de volgende lange, dewelke misfchien aan die wortel niet waren, die hy gezien heeft. De scherpigheid, zoo by aan die wortel geproeft heeft, moet door den ouderdom veroorzaakt zyn, of om dat zy by speceryen gelegen hadde, want de versche in Indien is nog zoet, nog scherp, maar laf, of wateragtig, met een kleine wrangigheid, en na de Vaaren wat trekkende.

Plaats. Dit *Polypodium* is bekend in alle Eilanden, van *Water-Indien*. Het wast niet alleen op de bomen, inzonderheid op *Mangas* en *Canarybomen*, en op 't *Mangium Caeolare*, en men kan het ook op andere bomen verplanten, als men de wortel met een weinig slijk op der zelfver dikke takken bindt.

Maar het wast ook op de grond in 't bos, daar 't zandig is, daar men de wortel zeer dik met veele bogten ziet kruipen, eenige vadem lang, ter zyden andere wortelen als armen uitschietende, op zig zelfs een plaats beslaande, en moejelyk om door te wandelen, wegens de scherpe penen van de afgevalle bladeren, die over einde staan, en de afgebrokene zyn zoo scherp als voetangels, nieuwers heb ik 't schoonder en grooter gezien dan op *Nussa cassa* een vlak zandig Eilandeken, dog met booge bomen bewassen, voor *Caybobbo* op *Ceram* gelegen, daar het niet alleen groote plaatzen op de grond besloeg, maar ook met veele bogten de bomen opliep in de gedaante van *koeskoeszen*, want de vlokken met de bairen dezès *Beestes* meest over een komen, en het schiet ter zyden korte armen uit, die de voeten des zelven *Beestes* verbeelden, voorts vindt men 't ook op groote klippen, die op strand staan, dog, als gezegt, deze wortelen zyn veel magerder, en min bairig. Ja ik heb 't gevonden op oude daken, niet alleen van schindulen gemaakt, maar ook op der *Amboinezen* huizen van *Atap* aan zoodanige boeken, daar het regenwater staan bleef, en alderhande vuiligheden vergaarde.

Gebruik. De *Inlanders* hebben een manier deze bladeren, te weten de zeilformige te binden aan een visboek, daar een aas aan is, en laten het aldus al zeilende in Zee dryven, 't welk den gulzigen vis *Saccu* of *Geepe* ziende, straks daar na toeschiet, en het aldus met den boek opsnapt, waar van 't den bovenstaanden *Amboinzen* naam heeft.

De

Incolæ hæc quoque folia pendent in locis supra pueros, ubi dormiunt, nobis quasi persuadentes, hoc fieri ludi causa, sed revera id fit ex superstitione, ut pueros nempe liberent a præstigiis & terroribus, quum nempe sint folia plantæ, quæ radicibus suis animal quoddam seu spectrum quasi refert. Porci quoque ejus radices projectas edunt, sed non avide.

In Medicina quendam etiam habet usum, a Polypodio nostrate diversum, licet quoque refrigeret & exsiccat, succus nempe recentium radicum oculis instillatus, contritaque radix ipsis applicata, inflammatos & lippofos curat oculos, qui sæpe ita lancinantur, acsi arena in iis esset projecta. Recentes ejus radices cum Pinanga alba & Siriboa masticatæ, succusque deglutitus contra alvi tormenta diuturna laudatur, alii autem istum sumunt succum cum rasura albi Agallochi & Sandali rubri. Radix aquæ incocta cum cortice arboris Gajang propinatur in *Gonorrhæa virulenta* tam virorum quam feminarum, quam Malaienses *Maloemis* vocant, sed inveterata & maligna ipsis dicitur *Pangraffian*.

Pulicula radices facies inlinitur ad lenticulas aliasque maculas tollendas. Incolæ recentes quoque conterunt radices in aqua, qua teneros lavant pueros, quum *Sawan cussu* laborent, h. e. quum inquieti sunt, & lachrymantur sine causa. Aliud porro *Sawan bidji* est in pueris, quum cutis parvis granulis rugosa sit, uti adulti petechiis obnoxii sunt. Illud pellunt radice hac contrita cum *Deringo* & *Bangle*, cum *Curcuma* autem masticata anthracibus inponitur ad eas maturandas. Macassares quidam tenera coquunt folia secundæ formæ ad olus.

Secundo. *Polypodium Indicum minus* seu *glabrum*, radicem quoque gerit repentem, sed non ultra minimum digitum crassam, in prima ætate vagis pilis obductam, sed vetusta maxime nuda est, nigris punctulis notata, & rugosa, interne ex viridi albicans, multisque nigris pilis & venulis pertexta, saporis dulcis & austeri, silvestris magis naturæ priore, magisque ad Filicinum adcedens saporem, subtus multis intricatis venis obducta, quibus sese figit arborum corticibus & rupibus.

Non gerit ista filiformia folia instar prioris, sed simplices emittit caules ulnam circiter altos, non penitus erectos, sed incurvos & laterales quasi, ad tertiam quoque partem nudi sunt, reliquæ in lacinias distincta uti in majore, sed simplices adtollit caules, plerumque angustiores, alternatos, nec ultra tres quatuorve ad utrumque latus.

Apex longus est, & parum alatus, quales & plerumque sunt lacinia laterales, & in medio latissimæ instar cuspidis hastæ, ac porro firmæ, glabræ, similibusque nervis & venis uti majus.

Vetusta folia in inferiore parte ruffas generant verrucas, utrimque in ordine locatas, multo copiosiores quam in majore specie, quæ ex tenui constant arena, quæ facile abradi potest, superiore parte pustulas quasdam formant, quibus folium variolosum esse videtur.

Tenera folia lacinias gerunt inæquales, & inordinatas, ita ut quædam profunde, quædam vix laciniatæ sint, in silvestribus arboribus radix binos pollices lata est, in longum terminans apicem, digitum crassa ac caules foliosi, binos ac binos cum dimidio pedes alti, in septem & octo lacinias distincti, quarum quædam spithamam longæ sunt. In radice breves quoque observantur protuberantiæ, pedes referentes.

Nomen. Latine *Polypodium Indicum minus* & *glabrum*; Amboinice *Aile*, quod nomen commune est cum *Dryopteris*, cum qua radix optime convenit. Baleyensibus *Paku duke*, h. e. Filix Salamandræ ob rationem infra dandam. Javanice *Simbar betu*, vel solummodo *Symbar*.

Locus. In vetustis crescit arboribus, ut & in vetustis putridis testis, ac rupibus vix terra obductis, quæ vero in terra crescit, molliora gerit folia, plures & latiores lacinias.

Ufus ejus in Amboina vix notus est, Macassares vero & Baleyenses eo plurimum utuntur contra morfus venenatos noxii animalculi ipsi *Duke* vel *Docke* dicti, (quod Gecko vel Salamandræ species est) & frequens est in istis regionibus, multumque nocet hominibus.

Nostra-

De Inlanders bangen deze bladeren ook boven de kleine kinderen, daar ze leggen slapen, ons wys makende om daar mede te spelen, maar in der daad doen zy 't uit eenig bygeloof, te weten om de kinderen te bevryden voor spoken en verscbrikkingen, om dat het kwantswys genomen is van een plante, die met baare wortelen eenig gedierte of spook vertoont. De Verkens eeten ook de voorgeworpe wortelen, dog niet zeer graag.

In de medicynen heeft het ook eenig gebruik, van 't *Vaderlandsche Polypodium* verscbillende, hoewel ze mede verkoelende en opdrogende is, den sap van de versche wortelen in de oogen gedropen, en de gevreeze wortel daar over gebonden, geneest verbitte en lepige oogen, daar steeken by is, als of men zand daar in hadde. De versche wortelen met witte Pinang en Siriboa gekauwt, en den sap ingedronken, werd gepreezen tegens de langdurige buikloop, maar andere nemen den zelven sap in met schraapzel van wit *Agalochum*, en rood *Sandelhout*. De wortel in water gekookt met de schorffe des booms Gajang, werd gedronken in *Gonorrhæa virulenta*, zoo aan mannen als vrouwen, 't welk de *Malyers Maloemis* noemen, maar het verouderde, en kwaadaardige biet *Pangraffian*.

Met een papje van de wortel bestrykt men het aangezigt, om de sproeten en andere vlekken te verdryven. De Inlanders vryven ook de versche wortelen in water, en wassen daar mede de jonge kinderen, als ze het *Sawan cussu* hebben, dat is onrustig zyn, en builen zonder kennelyke oorzaak. Daar is nog een ander *Sawan bidji* aan de kinderen, als de huid met kleine korrelen ruig werd, gelyk de oude lieden het roodbond krygen. Dit verdryvenze met deze wortel gevreeven met *Derigno* en *Bangle*, maar met *Curcuma* gekauwt, werd ze op de bloedvinnen gebonden, om die te rypen. Zommige *Macassaren* kookten de jonge bladeren van de tweede fatsoen, ook tot moeskruid.

II. *Polypodium Indicum minus* of *glabrum*, bet kleine of kale, heeft ook een kruipende wortel, dog niet boven een pink dik, in de jonkheid buiten met ydele bairen bekleed, maar het oude werd meest kaal, met zwarte puntjes bezet, en ruig, binnen uit den groenen, witagtig, en met veele zwarte haartjes, en adertjes doorregen, zoet en wrang van smaak, wilder dan het voorige, en meer na *Vaaren* trekkende, van onderen met veele gekrulde vezelingen behangen, waar mede het zig vast maakt om de schorze der bomen, en klippen.

Het heeft die eerste zeilformige bladeren niet gelyk het voorige, maar schiet met enkele steelen op, omtrent een elle hoog, die niet regt over eind staan, maar krom en ter zyden uit. Een derde van onderen zyn ze ook bloot, en de rest in snibbelen verdeeld, gelyk aan 't groote, maar schiet met enkele steelen op, dog doorgaans smalder, verwisselt tegens malkander, en niet boven drie of vier aan ieder zyde.

De voorste spitze is lang, en wat gevlamt, gelyk ook zommige zydesnibbelen, en daar en boven in de midden bet breedste, gelyk bet yzer van een pieket, voorts styf, glad, met diergelyke zenuwen, en aderen als bet groote.

De oude gewinnen aan de onderste zyde roffe doppen, of vratten, te weerzyden in rygen staande, veel meer dan aan 't groote, van fyn zand gemaakt, die men ligt afwryven kan, aan de bovenzyde maken ze eenige puisjes, waar door het blad pokdalig schynt.

De jonge bladeren hebben de snibbelen ongelyk, en ongeschikt, zoo dat zommige diep, zommige weinig gesneeden zyn. Aan de wouthomen werd de wortel een vinger dik, de bladdragende steelen twee en derdehalve voeten hoog, in zeven en agt snibbelen verdeelt, waar van zommige een span lang zyn, twee duimen breed, in een lange spitze eindigende. Aan de wortel ziet men ook korte uitwassingen als poten.

Naam. In 't Latyn *Polypodium Indicum minus*, en *glabrum*; in 't Amboins *Aile*, een naam gemeen met de *Dryopteris*, waar na de wortel zeer wel gelykt. By de Balyers *Paku duke*, dat is Salamander *Vaaren*, om reden als beneden, in 't Javaans *Simbar betul*, of slegt *Symbar*.

Plaats. Het vast op oude bomen, en houte verrotte daken, en ook op de klippen, daar weinig aarde op is, dog 't geene op de aarde groeit, heeft weekere bladeren, meer en breder snibbelen.

Gebruik. Zyn gebruik is in Amboina weinig bekend, dog de *Macassaren* en *Balyers* gebruiken het veel tegen *Vennynige* beten van bet schadelijke gedierte, by ben *Duke* en *Docke* genaamt, *Duke* of *Gecko*, 't welk is een Salamander, waar van die landen vol zyn, en de menschen veel schade doen.

Het



Nostratibus *Gecko* dicitur, quum tali voce clamitet, veraque *Salamandræ* species est. Si quis jam ab eo sit morsus, vel urina conspurcatus, tum hanc sumunt herbam cum ejus radicibus, quas masticant, vulnerique inponunt, unde curatur.

Ut primum *Polypodium* rite ac distincte noscatur, quasdam ejus varietates hic memorabo. Ac primo quod in *Kinariis* crescit, radicem gerit sordidis & muscosis villis obductam, qui pilos non ita referunt, sed tanquam peculiarem formant corticem. Ejus folia erecta lacinias gerunt in regulari ordine distinctas, in quibusdam enim lacinia directe sibi sunt opposita, in quibusdam raro, in aliis multum alternata, quævis etiam lacinia in longum excurrit apicem, subtusque gerit multas, firmas, & protuberantes venas, in oras sese non terminantes, nullaque arenosæ in iis conspiciuntur verrucæ, licet venæ parum rugosæ sint.

Folia hæc plerumque in lacinias distincta sunt, ab utraque nempe parte sex vel septem, superiorque apex haud multo major est lacinia laterali. Gracilissima ac sordidissima est omnium varietas, ac proinde etiam in nullo usu Medico, sed quæ in *Canariis* crescit, optima censetur.

Radicem primæ seu pilosæ speciei contundunt *Javani*, artubusque inponunt tumidis ad oedema extrahendum. Recentem & mollem secundæ speciei radicem conterunt cum *Curcuma* & *Tamarindis*, inponuntque abdomini tempore partus difficilis ad eum promovendum. Ex foliis utriusque speciei *Javæ* viles *Toedongs* seu straminei pilei formantur, quos capiti inponunt.

Elegantissimum & maximum *Polypodium pilosum* in *Nussa Cassa* reperitur, ubi in solo crescit, radicibus in miros gyros adeo intricatis, ut videatur esse congeries serpentum sibi mutuo junctorum & intricatum.

Caybobbenses id vocant *Lawat seroe*, h. e. telam araneam ad pisces capiendos, quum piscem Geep dictum hisce foliis capiunt raro & nobis ludibrio modo, triangulare enim folium longo adligatur funi, quod per mare fluctuat instar veli, mox autem sub hoc loco hami adligant fasciculum telæ araneæ silvestris, quæ tam tenax est quam sericum crudum. Piscis iste Geep putans pisciculum esse ayide istum devorat fasciculum, qui dentibus tam firmiter ipsi inhæret, ut sese extricare nequeat. Hunc in finem textura ista colitur, ac quævis suum habet dominum.

Quasdam species *Polypodii Indici* cum descripto maxime convenientes vide apud *Jacobum Breynium Centur. I. Cap. 98.* sed nullam aliam novi speciem, cujus radices sub terra prorepunt.

Tabula Trigesima sexta

Ramum exhibet *Polypodii Indici villosi* seu pilosi, ad radices ob longitudinem dissectum, cum quo convenit *Filix*, seu *Polypodium Indicum*, foliis profunde sinuosis, *Marrubii aquatici æmulis Plukn. Almag. pag. 153. & Phyt. Tab. 30. fig. 3. & Panna Kelengo Maravara H. Malab. tom. 12. Tab. 11.*



Het werd by de onze *Gecko* genaamt, dewyl men 't alzoort boort roepen, en is anders niet dan een zoorte van den *Salamander*. Als nu iemand van hem gebeeten of bepijst is, zoo nemen ze dit kruid, en kauwen de wortels, en binden het op de kwetsuuren, die dan daar van geneezen.

Om het eerste *Polypodium* ter degen te leeren kennen, zoo zal ik eenige veranderingen daar van hier by zetten. Voor eerst het geene op *Kinarbomen* waft, heeft zyne wortel met vuile mossige vlokken bekleed, die weinig na bairen gelyken, maar als een byzondere seborze maken, zyn over eind staande bladeren hebben de lappen ongelyk verdeelt, want aan sommige staan de lappen regt tegens malkanderen, aan sommige weinig, aan andere veel verwisselt, ieder snibbel eindigt in een lange spitze, en heeft van onderen veele styve en uitbuilende aderen, die tot de randen niet en komen, en men ziet geen zandige wratten daar aan, boewel dat ze de aderen wat gerimpelt maken.

Zy zyn doorgaans in lappen verdeelt, te weten aan ieder zyde in ses of zeven, en de voorste spits is niet veel grooter dan een zyde lap. Zy is de magerste en leelykste van allen, derhalve in geen *Medicyn* te gebruiken, maar die van de *Kanarybomen* werd voor de beste gehouden.

De wortel van de eerste of bairige zoorte, kneuzen de *Javani*, en slaan ze op de gezwollen leden, om de zugt uit te trekken, de versche en weeke wortel van de tweede zoorte, wryven ze met *Curcuma* en *Tamaryn*, en slaan zulks over den buik ter tyd van een harde geboorte, om dezelve te bevorderen. Uit de bladeren van beide zoorten werden op *Java* slegte *Toedongs* of strooboeden gemaakt, die men op 't hoofd draagt.

Het schoonste en grootste *Polypodium pilosum*, vindt men op *Nussa Cassa*, alwaar men 't op de grond gegroeid ziet, met wortelen in zeltzame bochten, zoodanig door malkanderen geslingert, dat men het voor een klomp om malkanderen gewrongene slangen zoude aanzien.

De *Caybobbenses* nemen het *Lawat seroe*, dat is, spinneweeve om vis te vangen, om dat ze den vis Geep met deze bladeren vangen op zeltzame en by ons belaggelyke manier, want het driekantige blad werd aan een lyn gebonden, welke dan door de Zee vliegt als een zeildje, kort daar onder, in plaats van een visboek binden ze een bosje weer van een zekere woudspin, 't welk zoo taai is als ruwe Zyde. Hier na toe schiet de Geep, meenende dat het een visje is, en voorschreeve spinzel blijft hem zoo vast aan de tanden hangen, dat by daar mede aangetrokken werd. Tot deze einde werd het voorschreeve geweeve gecultiveerd, en ieder heeft zyn byzondere eigenaars.

Enige zoorten van *Polypodium Indicum*, met de voorschreeve meest accordeerende, ziet by *Jacob. Breyn. Cent. I. cap. 98.* dog ik weet geen zoorte, wiens wortelen onder de aarde kruipen.

De ses en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van het ruige of wollige *Indische Polypodium*, by de wortels in de lengte doorgesneeden, waar mede overeenkomt de *Vaare*, ofte *Indische Polypodium*, met diepgesneede bladeren, na het water *Marrubium* gelykende van *Plukn. Almag. pag. 153. en Phyt. Tab. 30. fig. 3. en de Panna Kelengo Maravara van de Hort. Malab. 12. deel. 11. Plaat.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

SES EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

*Phyllitis Amboinica. Sajor radja nute.**De Amboinsche Phyllitis.*

Phyllitis elegantes quasdam species exhibet in hisce regionibus, uti & cuncta Filicum genera luxuriosa magis & majora sunt in Indicis desertis, quam in Europa. Phyllitis binas observavi varietates, quæ mihi dicuntur *Phyllitis arborea* & *terrestris*.

Primo. *Phyllitis arborea*, tenui ac repente radice dependet ex arborum corticibus muscosis. Aliquando hujus tria quatuorve folia sibi juncta sunt, aliquando solitaria ac fere sessilia, ita ut nil nisi sola exhibeat folia, quodvis autem plerumque tres quatuorve pedes longum est, sex & septem pollices latum, in obtusum desinens apicem, in medio seu ad superiorem partem latissimum, a radice angusto principio fensim dilatans & extendens, ad oras non dentatum, sed fursum varios format sinus & arcus, uti & quædam observantur ad apices in rotundas lacinias distincta, firma porro instar corii tensi, late virentia, glabra, & splendentia, per medium crassissimus decurrit nervus, nigricans, & ab utraque protuberans parte, qui folium extensum sustinet, tenera autem folia circa apices flaccida sunt, albicantia, saporemque habent oleraceum.

Hæc folia aliquando monstrosa sunt magnitudinis, sex octove pedes longa, spithamam lata, paucis ad oras sinibus, quæ plerumque simplicia dependent, formam referentia magnarum Helveticarum rhomphæarum. Nullas gerunt laterales costas, sed subtiles, densas, & parallelas venulas, transversaliter ex medio nervo ortum ducentes, sed quæ non in oras excurrunt, subtus autem prope ortum parum intricatæ & circinnosæ sunt, ubi & nigricant. Vetus folia circa apices subtus juxta venulas rufas & arenosas habent strias, quæ abradi possunt.

Radix non ulterius prorepat, quam folia sese extendunt, nam extra superius folium frustulum adparet semi digiti longitudinis, quod eminet & bifidum est, paulo crassius penna, illi Dryopteris simile, interne ex viridi albicans, paucis pertextum venulis nigris. Radix vero fragilior est, & dulciorem habet saporem, cum illo Polypodii convenientem, firmior quoque arboribus adhæret, & interstitia inter folia adeo fibrillis & Musco obducta sunt, ut hæc radix dignosci nequeat. Fibrillæ autem ejus rufæ sunt, ac breves gerunt apices instar Musci vel Ericæ.

Secundo. *Phyllitis terrestris* forma haud multum differt a priore, ejus enim folia sessilia fere etiam proveniunt, quinque sexve pedes longa, binas transversales palmas lata, quædam integra, quædam in rotundas lacinias distincta, hæc autem non habet radicem repentem, in orbem enim excrefcit, seu fasciculum format instar caulis Brassicæ, in centro enim ejus apertura est, e qua eminet capitulum muscosum, ex simplici fere musco seu fibrillis compositum, excepto quod in medio aliquid herbaceum adpareat, quod durum est, & nigris characteribus notatum, ac porro innumeris simplicibus fibrillis terræ infixæ, hæc enim species non in arboribus reperitur, sed sub iis in solo & in planis silvis.

Quum vero in quibusdam arboribus similes quoque observaverim confectiones, hinc concludere quis posset, ex arboribus deciduam, & terræ inradicatam, quod tamen non ita facile fit, magna enim inveni spatia, hisce plantulis occupata, non sibi nexis, sed distantibus longe, at non tam prope truncos, ut ex iis potuissent decidi, unde concludo, peculiarem esse Phyllitim, ex ipsa provenientem terra, altera quoque ipsi adstabat species, similis priori, excepto quod folia multo angustiora essent, & ipsæ plantæ multo minores.

Nomen. Latine *Phyllitis Amboinica*, *arborea*, & *terrestris*; Malaice *Sajor radja*; Amboinice *Nute* & *Noute*; Ternatice *Hange hange*; Javanice *Simbar* simpliciter.

Locus. Prima species nullibi reperitur nisi in talibus arboribus, quæ corticem habent muscosum, quales præsertim sunt Sagerus, & Cinar.

DE Phyllitis beeft eenige schoone soorten in deze gewesten, gelyk alle Vaare geslagten, weelderiger, en grooter zyn in de Indische wildernissen dan in Europa. Van Phyllitis heb ik twee veranderingen aangemerkt, en ik noem ze. 1. Phyllitis arborea. 2. Phyllitis terrestris.

I. Phyllitis arborea hangt met een dunne kruipende wortel aan de mosagtige schorste der bomen. Op deze staan zomtyds drie en vier bladeren by malkanderen, zomtyds enkel, en schier zonder steelen, zoo dat het niet dan enkele bladeren vertoont, ieder blad is in 't gemeen drie of vier voeten lang, ses en zeven duimen breed, met een stompe spits in de midde, of na vooren toe breedst, van de wortel af met een smal begin zig allenkens uitbreiden- de, aan de kanten wel ongekerst, dog na vooren toe makenze verscheide bogten en boesems, gelyk men ook zommige vindt by de spitzen in ronde lappen verdeelt, voorts styf, als een gespanne leer, levend groen, glad, en blinkende, door de midde gaat een zeer dikke zenuwe, zwartagtig, en te weerzyde uitbuilende, die het blad uitgestrekt houdt, dog de jonge bladeren zyn omtrent de spitzen slap, witagtig, en moeskruidagtig van smaak.

Men vindt deze bladeren zomtyds van monstreuze grootte, ses en agt voeten lang, en een span breed, met weinige bogten aan de kanten, die meest enkel bangen, in gedaante van groote Switserse slag-swaarden. Zy hebben geen dwersribben, maar subtiële, digte, en paralel lopende adertjes, dwers uit de middelzenuwe, dog niet tot de kanten toegaande, en onder by den oorspronk lopen ze wat verwerd in krullen, daar ze ook zwartagtig schynen. De oude bladeren hebben omtrent de spitzen van onderen langs deze ribbekens, roffe, en zandige streepen, die men aferyven kan.

De wortel kruipt niet verder dan de bladeren gaan, want buiten 't voorste blad ziet men een stukje van een halve vinger lang uitsteeken, gemeenelyk in twee hoofdekens verdeelt, wat dikker dan een schaft, die van Dryopteris gelyk, te weten van binnen uit den groenen, witagtig, met weinige zwarte adertjes. Zy is egter broffer, ook zoeter van smaak, met het Polypodium over een komende, zy hangt ook veel vaster aan de bomen, en tussen de bladeren is ze zoodanig met vezels en mos bebangen, dat men ze niet bekenen kan. De vezelen zyn ros, en hebben korte einden of spitzen, gelyk het Mos of Heide.

II. Phyllitis terrestris verschilt niet veel in gedaante van de voorige, want de bladeren komen ook bykans zonder steelen voort, vyf en ses voeten lang, twee dwersbanden breed, zommige heel, zommige in ronde lappen verdeelt, maar deze hebben geen kruipende wortel, want ze staan in een opening, daar men een mosagtig hoofd ziet uitbuijen, schier van enkel mos, of vezelingen gemaakt, behalven in de midden vindt men iets kruidagtigs, hard, en vol zwarte characteren, voorts met ontelbare diergelyke vezelen in de aarde vast, want men vindt deze zoorte niet aan de bomen, maar wel daar onder op de grond, in vlakke bossen.

Dog dewyl ik aan zommige bomen ook diergelyke vergaderinge gevonden hebben, zoo zoude men mogen gissen, dat het van de bomen afgevallen, en in de aarde geworteld was, 't welk mede niet zyn kan, want ik heb groote plaatsen aangetroffen, daar veele van deze struiken stonden niet aan malkanderen vast, maar wyd van malkander af, dog zoo dicht niet by eenige stammen, dat ze daar van konden afgevallen zyn: waar uit ik dan bespeurde, dat het een byzondere Phyllitis moeste zyn, uit de aarde zelfs voortkomende, daar stond ook nog een andere zoorte by, de naastgenoemde gelyk, behalven dat de bladeren veel smalter, en de struiken kleinder waren.

Naam. Phyllitis Amboinica, Arborea, & Terrestris; In 't Maleits Sajor radja; in 't Amboins Nute en Noute; op Ternaten Hange hange; in 't Javaans Simbar, het enkele.

Plaats. De eerste zoorte waft nieuwers dan aan zoodanige bomen, die een mosagtige schorste hebben, gelyk, inzonderheid den Zagoeer, en Kinar-boomen zyn.